

assignabitur sibi locus in choro angelorum. nam quilibet secundum quod magis vel minus habet meritum forcietur apud summos angelos medios vel in finimos locum ubi deus laudat sine fine. dicens cum patre. Adiutor meus tibi psallam. quia deus susceptor meus es. ps. lviij.

Sermo quartus.

Quid est angelus super uno peccatore penitentia agente.

Luc. xv. Ad experientiam videmus quod celum aliquando prefert stellas tristes ut galaxiam pallidam aut cometam pesti hominis quasi condolens. Et etiam prefert stellas claras et lucidas letis quasi cogaudentes. Nam in adventu pestilentie celum tristitia prefert signa vel stellas iam dictas. quibus gradibus pestilentia dinoscitur mundanis regionibus punctura. Ideo dicit **Dugo** in didal. li. iij. Celum semper in se prefert iudicia atque signa pestilentie in mundanis utpote ac si instar hominis pesti condolere miserique humane. Spiritualem per celum intelligitur celum superiorum civium. De quo ipse. xvij. Celi enarrant gloriam dei. illud inquam celum civium celestium prefert in se stellas. id est angelos sanctos qui condolent pesti nostre. id est peccati. que sunt pestes anime nostre. et de serenitate nostre conscientie que facit eos letos gaudent et letantur. Et hoc testatur beatus **Augustinus** li. soli. c. xxvj. Quoties inquit bene agimus gaudent angelus. tristantur demones. Quoties enim a bono deviamus diabolum letificamus. et angelos suo gaudio defraudamus. De hoc legitur in vita patrum. li. ij. c. lviij. quod abbas **Paulus** quodam die vidit homines clara facie ad ecclesiam. et leto animo ingredienti et angelos ipsorum cum ipsis gaudentes. unus tamen vidit nigerrima facie ad modum ethiopis et demones hinc inde gaudentes. et misso in naribus freno eum trahentes. et angelum eius a longe sequentem tristem. cum autem omnes exirent de ecclesia vidit et illum clara facie egredi et demones a longe abominantes eum. sanctumque angelum eius hilarem et gaudentem. nam iste quis fornicator fuerat tamen ad verba predicatoris qui ait. laudamini et mundi estote. conversus fuit. et penitentiam egerat. ideo angelis gaudium fecerat. iuxta illud verbum allegatum. gaudium erit angelis super te. In quo tria tanguntur. primo gaudium status et conditio. ibi angelis dei secundo qualitas gaudij et discretio. ibi. gaudium. tertio gaudendi causa et ratio. ibi. super uno peccatore. ut sic dicatur. angelis dei erit

gaudium. **Ubi nota Augustinus** de miraculis sacre scripture dicit. Qui per penitentiam peccata diluit angelice felicitatis consortis in eternum erit hinc est quod super conversionem peccatoris velut de suo consorte angeli in celo gaudere dicuntur. Nam nos ut dicit **Origenes** angelis in celis occasionem gaudij prebemus cum super terram ambulantes conversationem habemus in celis. Unde angeli sunt quadruplices. consubstantialis deitatis. intellectualis mobilitatis. sacerdotalis dignitatis. et mentalis puritatis. Primus ergo angelus est christus qui consubstantialis deitatis est cum patre. sicut canitur in symbolo niceno. Genitum non factum substantialem patri. id est. unius substantie seu essentie. et hoc est contra arrianum qui ait. quod non sit una cum patre natura. hic est angelus magni consilij. **Isa. ix.** Ipse enim christus media in trinitate persona velut angelus missus est de sinu patris in uterum matris ut nobis consilia perfectionis daret. et doctrinam novi testamenti nuntiaret. De quo predixit **Malach. iij.** Statim veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos queritis. et angelus testamenti quem vos vultis. Iste angelus gaudet super conversione peccatoris propter duo. Primo quia propter penitentiam ira sua placatur. Quando peccat homo deus odit eum. **Ps. illud Eccl. xij.** Altissimus odio habet peccatores. cum autem per penitentiam convertitur miseretur ei et placatur. ideo subditur **Eccl. xij.** Et misertus est penitentibus. habet enim dominus se ad modum hominis qui cum iratus est turbatur. et cum placabitur letatur. ideo dicit **Hiere. xviij.** Si penitentiam egerit gens ista a malo suo. ago et ego penitentiam super malo quod cogitavi ut facerem eis. Secundo gaudet christus de peccatore penitente quia peccati sanguinis sui in eo non frustratur. De hoc gaudio dicit **Prover. xxiij.** Exultat gaudio pro iusti. Pater noster christus est qui nos genuit sanguine suo et pertulit in dolore et paupertate crucis. De hoc **Augustinus** in quodam sermone multos filios deus fecit. unicus dei filius emit sibi multos fratres sanguine suo. probavit reprobos. redemit venditos. honoravit iniuriatos. vivificavit occisos. hec ille. quod ne sua emptio frustraretur in nobis assumamus crucem penitentie. ut ipse de nobis possit gaudere. quod dicit **Quintus** super li. numero. omel. xxiij. puto quod super singulos fideles qui convertuntur ad deum et in fide perficiunt festiuitas gaudiosa deo oritur. letificat eum qui fuerat impudicus ut sic sit castus. Qui erat iniustus qui iusticiam colit agit festum. hec **Quintus**. Est enim tantum gaudium christo de conversione peccatoris quod si non sufficeret sua passio. rursus mori et pati paratus esset. Ad hoc est exemplum quod scribit. **Dionysius** in epistola

Dñica tertia post trinita.

ad demophilum. q̄ cum quidaz infidelis quē-
dam fidelem a fide conuertisset. **A**rpus qui-
dam vir magne sanctitatis. adeo hoc moleste
ferebat vt vtrūq; igne comburi deum rogaret
Qui circa noctis medium apparuit christus i
aere cuz multitudine angelorum. **I**n terra vō
apparuit fornax cum serpentibus incensa ad
quā traherentur illi duo homines. **A**rpo er-
go petenti magno desiderio vt mitterentur in
fornacem et moleste ferebat dilationem. **A**cce
christus misertus descendebat a solio in terrā
et extensis manibus illos eripiens eleuatq;
manu dixit. **A**rpo iterum percuti me lancea
paratus sum rursus pati et mori p hominibus
saluandis. **I**tem q̄ christus gaudet de cōuersi-
one peccatoris. et eius saluatione patet de du-
obus in parabolis hodierni euāgelij de oue p-
dita et inuenta et de dragma. **N**az prima para-
bola ē ista. **Q**uis ex vobis homo qui habet cē-
tum oues. et si perdidit vnam ex illis. nonne
dimittit nonagintanouem i deserto et vadit ad
illam que perierat donec inueniet illam et cum
inuenit eā imponit super humeros suos gau-
dens et veniens domum cōuocat amicos et vici-
nos dicens. congratulamini mihi. quia inueni
ouem meam que perierat. **I**sta parabola recte
christum respicit qui est homo ex nobis et caro
ex carne nostra. quia **f**m p̄. lxxvj. Homo na-
tus est i ea scilicet virgine maria cuius centesi-
ma ouis est humana natura. quia numerus cē-
tenarius est numerus perfectus. designās pfe-
ctionē humane nature. hāc ouem perdidit q̄
cum diabolus pomifractione decepit. **S**z hoc
intellige pncipaliter de **A**ua quā seduxit diabo-
lus vt crederet verum esse qd dixit. eritis sicut
dij. **Gen. iij.** Sed **A**dā nō credidit. sed de pe-
nitentia et dei misericordia cogitauit. tñ vxori
morem. id est. volūtatem gerēs eius psuasioni
cōsensit nolēs eam cōtristari et a se alienatam
relinquere. ne periret arbitratus ē illud veni-
ale et non mortale delictum. vt dicit magister
li. ij. di. xxij. **E**t ponit ibidem dictum apostoli.
i. **Timo. ij.** **A**dā nō est seductus. **E**t exponit
q̄ vtiq; ita accipi potest vt intelligatur nō est
seductus p̄ior videlicet vel in eo in quo muli-
er vt scilicet crederet illud esse verum. eritis si-
cut dij. sed putauit vtrūq; posse fieri vt et vxori
morem gereret et per penitētiā veniā ha-
beret. hec ille **E**t quia hec cētesima ouis periit
idcirco christus reliquit nouem choros ange-
lorum i celo. qd significatur per desertū. i. de-
relictū erat ab angel apostatis et venit i mūdū
per suam benedictam natiuitatem. et diligēter
quesiuit sua p̄dicatione donec inuenit. quā cum
inuenisset i humeris suis posuit gaudēs quādo

peccata nostra i corpore suo portauit. j. **Peē.**
ij. **N**am fm naturam diuinā et similiter in na-
tura humana quātum ad ptem anime superio-
rem que est intellectiua i qua christus ab instāti
sue cōceptionis fuit comprehēsor summo gau-
dio fruebatur. ideo dicitur. accepit eam in hu-
meris suis gaudēs. l3 ad partem anime inferi-
orem que dicitur sensitiua et ē i organo corpo-
li in qua fuit viator tristaretur. **Matth. xxvj.**
Tristis est anima mea vsq; ad mortem. **I**deo
Aug. li. v. in psona christi dicit cōtra hereses
Te cum esses inimicus patri meo reconciliaui
cum esses longe ego iueni te vt redimerem te.
Quq; inter montes et siluas errares. quesui
te. humeris meis portauit te. patri meo reddidi
te. laboraui. sudaui. caput meuz spinis apposui.
manus meas clauo adieci. lancea latus meum
aperui. totis vt ita dicam iniurijs et asperitati-
bus laceratus sum. sanguinem meū fudi. aiām
meam posui vt cōiūgerem te mihi. et tu diuide-
ris a me. **S**ecunda parabola est quando muli-
er habēs dragmas. x. et i. nouem ordines an-
gelorum et humanam naturā que erat decima
dragma. **N**am dragma est nūmus vsualis ha-
bens imaginem impatoris. et significat huma-
nam naturā ad imaginē dei factam. iuxta illud
Augustini. fecisti me dñe ad imaginem et simi-
litudinem tuā. fecisti nos nūmum tuum. mitte
radiū sapiētie vt expellat tenebras nras et ef-
fulgeat in nobis imago tua. hāc etiā dragmaz
diuina sapiētia perdidit. quādo **A**dā p̄m^o pa-
rens de paradiso expulsus fuit. sed cum rein-
uenit cum naturam humanā assumpsit et ange-
licas potestates ad p̄gratulandum sibi inuita-
uit. **S**ecundi angeli sunt intellectualis mobili-
tatis. **D**e quibus i p̄. ciij. **Q**ui facis angelos
tuos spiritus. **Q**uod vbum tractans **P̄amaf.**
li. ij. c. iij. **A**ngelus inquit est substantia intelle-
ctualis semper mobilis arbitrio. libera incor-
porea. deo ministrās. immortalitatez suscipiens
gratia non natura. **E**t hi angeli gaudent de pe-
nitentia peccatoris. ppter tria. p̄mo quia vī-
dent sue custodie tam gloriosum fructum. **N**ā
Orige. super li. numeroz tractans illud vbum
Matth. xviij. **A**ngeli eoz semper vidēt faciē
patris mei qui est in celis. **A**dest enim vnici-
q; nostrum et minimis qui sunt in ecclesia dei
angelus bonus. angelus domini qui regat. q̄
moueat. qui gubernat. qui p actibus nris cor-
rigendis et miserationibus exposcendis. quo-
tidie videat faciem patris qui in celis est. hec
Origenes. **I**gitur qñcunq; homo conuertitur
ad bonum et recedit a malo per penitētiā tūc
angeli gaudent. **S**ic etiā ecōuerso. qñ hō pec-
cat dolēt eodē modo quo dolor cadit i angeli

de hoc dicit **Origenes** sup li. numeroz. omel. xliij. Sicut inquit boni actus nostri et virtutum perfectus gaudium deo et angelis gignunt. ita vereor ne mala conuersatio nostra non solum ter-
ris. sed et celo lamentationes inducat et luctus. Et ad hoc pbandum inducit illud **Sen. vi.** Penitet me fecisse hominem. Et plura alia scripturae sacre loca subdens. hec inquit omnia in quibus lugere vel gaudere vel odire vel letari debet deus tropologice. et humano more accipienda sunt. Aliena quippe est diuina natura ab omni alienationis affectu. In illo semper beatitudinis apice immobilis et inconcussa perseverans. hec **Origenes.** Quod enim sancti angeli letantur de operibus nostris bonis. et tristantur de malis. patuit super pra in arena. Et in exemplo quod habetur in vita patrum. li. ij. c. xxij. Fuit quidam magnus de istis senioribus qui talem habuit gratiam ut videre posset quod alij non videbant. vidit enim aliquando plures sedentes fratres simulque loquentes de scripturis sanctis que ad salutem pertinent animarum cumque hoc facerent stabant circa eos sancti angeli letantes et delectabantur de eloquijs dei. cum autem verba ociosa colloquerentur tunc angeli indignantes recedebant et veniebant porci sordidissimi voluentes se inter eos. Demones enim in specie porcorum delectabantur vaniloquio eorum. Secundo gaudet angeli illi de conuersione peccatoris. eo quod vident ex eorum profectu adimplere ruinam et numerum eorum. quia dicit magister li. ij. di. ix. quod in hominibus restaurabit quod in angelis lapsum est. Et addit. quod secundum numerum eorum qui permanserunt homines ad beatitudinem admittuntur. quia scriptum est **Deut. xxij.** Statuit terminos populorum. id est saluandorum iuxta numerum angelorum dei. ubi translatio nostra habet iuxta numerum filiorum dei. id est angelorum. quod et angeli sunt filij dei dicti **Job. i.** ubi dicitur. quadaque die cum venissent filij dei ut sisterent coram domino. ubi glo. exponit. id est sancti angeli ministri ad presentandum coram deo merita hominum. idem est filiorum dei et angelorum. Et addit magister. tamen a quibusdam putatur quod homines repantur iuxta numerum angelorum qui ceciderunt. ut illa celestis ciuitas nec suorum numero ciuium praeuatur. nec maiori copia regnet. Et illius opinionis est **Augustinus** in **Encheri. c. xliij.** Si ergo tot ascenderunt de hominibus quot remanserunt vel ceciderunt notum est quod ruina eorum per homines reparatur. ideo multum gaudent. Et hoc gaudium primum manifestabatur cum in natiuitate christi gaudent carabant. **Luc. ij.** Gloria in excelsis deo. quia tunc natus erat in terra. per quem eorum ruina reparari debebat. ideo dicit **Apo. xix.** quod audita est vox dicentium. Gaudeamus et exultemus et reddemus gloriam deo

quod venerunt nuptie agni. De nuptiis sunt coniunctio filij dei et ecclesie. ut dicit glo. Nuptia sponsalia sunt contractata in incarnatione. Sed sollemnitas celebrata est in passione per causam. In ascensione autem per effectum. De his nuptiis gaudent angeli. quod per eas homines sociantur angelis. Tertio gaudet de peruersione peccatoris. quod vident in laudando deum se habere partem. quod sicut angeli semper laudant deum in celis et nunquam cessant clamare. Sanctus sanctus sanctus dominus deus sabaoth. **Isa. vi.** Sic et homines boni de peccatis conuersi laudant deum in terris quod ad hoc creati sunt tam angeli quam homines. In illud **Magistri. li. ij. di. j.** Si inquit querit. ad quid creata sit rationalis creatura respondet ad laudandum deum. Idcirco ille deuotus Amandus orauit in hora. sa. li. ij. c. v. Amantissima sapientia bonitas eterna te deprecor ut omni mane diluculo cum ad te surrexero et oculos aperuero simulque cor meum in laude tua aperiat. quod hec laus tam suauiter et blande resonat in corde tuo paterno. sicut sonare consuevit suo modo omnium citharedorum et musicalium instrumentorum suauis modulatio in corde iocundo statu iuu-
tutis florido. Tertio sunt angeli sacerdotalis dignitatis. Nam sacerdotes sunt similes angelis in multis. Primo in esurientium nutritioe. Sicut enim angelus domini detulit panem subcinericium aquamque ad heliam dormientem et famelicum dicens. Surge et comede grandis tibi restat via. **Reg. xix.** Isto modo officium proprium sacerdotum est nutrire et pascere populum domini verbo et exemplo. et corporali si possit cibo. propter quod dixit dominus Petro primo plato et principi sacerdotum ter. pasce oues meas. **Job. xxi.** His enim dictum est. pasce agnos meos. et semel. pasce oues meas. ad innuendam differentiam inter doctrinam necessariam iuuenibus et senibus. Senibus enim simplex monitio sufficit. Iuxta illud. **1. Tim. v.** Seniores ne increpaueris. sed arguendo eum verbis duris sed obsecrauit patrem. sed ut caueat ab indecentibus sue senectuti. hoc tamen non est de illis in malicia obstinatis. quia tales sunt dure increpandi. **Dan. xiiij.** In iuuenibus vero. si opus est tam verbis quam verberibus ut debite doceantur. Secundo sacerdotes similes sunt angelis in negligentium exhortatione. Nam sicut angelus exhortatur est Ioseph. cum dixit. Surge et accipe puerum et matrem eius et fuge in egyptum. **Mat. ij.** Ita sacerdotes exhortantur negligentes eis sana consilia tribuendo. Ideo dicit dominus **di. xliij. c.** Sacerdotes. Sacerdotes dicebat. scilicet beatus Petrus. Salterre. id est sapientiam mundi. Etiam dicebat eos lumen mundi docens eos in splendore bonorum glorificare deum. scilicet in bonis exhortationibus. Ter-
U u

Dñica quarta p' trinita.

tio in morientiu deductione. Nam boni angeli ducunt animas morientiu in celum. Luc. xvi. de Lazaro. Sic sacerdotes angelici de terrenis desiderijs ad amorem celestium transferunt penitentes qui eis penitentes. peccatis pristinis moriuntur. 1. Pet. ii. Peccatis mortui iusticie vivamus. Quarto in dormientiu excitatione. Na. i. c. xii. legitur quod angelus domini astitit et lumen refulsit in habitaculo carceris. percussit. quia. pe. excita. eum dicens. Surge velociter. Moraliter pe. dormiens in carcere est peccator irritatus mala consuetudine qui iacet inter duos milites. vincit cathenis duabus. et duo custodes ante hostium custodiebant. duo milites mors et demon. mors insidiat corpori. demon anime. due cathene amor delitandi et pudor reuelandi duo custodes ne homo hostium confessionis exeat. presumptio venie et confidentia plene vite. Huic astare debet sacerdos angelicus. et eum corrigendo excitare percutere et non palpare. Sic moralizat hoc Pol. super li. sa. lec. lxxxiij. Isti angelici sacerdotes etiam gaudent de conversione peccatorum et penitentia ipsorum. propter duo. Primo quia penitentibus peccatoribus exhortatione sacerdotum ipsi. scilicet sacerdotes a damnatione liberant. quia dicit Isid. de sum. bo. li. iij. Sacerdotes propter populorum iniquitatem damnant. Si eos aut ignorant non erudiant. aut peccantes non arguant dicente domino per prophetam Ezech. ij. iij. xxxij. Speculatores dedi te domui israel. si non fueris locutus ut custodiatur se a via mala. Et si impius in iniquitate sua morietur sanguinem eius de manu tua requiratur. Secundo ideo gaudent. quod de penitentia peccatorum premiantur. Veste Chrysostomus. de dignitate sacerdotali. li. iij. Bene agere populo unusquisque pro merito suo remuneratur. sacerdos autem pro bonis omnibus. habebit enim pro bonis propriis auream. pro acquisitione aliorum aureolam. Ad tunc principaliter intelligitur de predicatoribus. Quarti angeli sunt mentalis puritatis videlicet homines iusti et sancti angelice puritatis sectatores que in terra celum hoc corpale in corporibus mundis et castis adhuc positi propter carnem viventes angelicam ducunt vitam. Quia secundum Hieronymum. In carne preter carnem vivere angelica vita potius est quam humana. tales possunt dicere cum apostolo. 1. Cor. xij. nostra conversatio est in celis. ad Phil. iij. Ubi Ambrosius. in li. de viduis. Supergreditur inquit virginitas conditionem humane nature per quam homines assilantur angelis. Maior tamen victoria virginum quam angelorum. Angeli enim sine carne vivunt virginis autem in carne triumphat. Isti angelici homines de penitentia peccatorum gaudent propter tria. Primo propter dei honorem. secundum illud Baruch. vj. Gaudentes in honore dei. Tunc enim

angeli omnes affectiones et actiones suas ordinant ad deum. hinc est quod in quocumque facto relucet honor divinus super illo gaudent et de contrario tristantur. Et quod conversio peccatoris est ad honorem dei. Sicut eius conversio est in inhonorationem ipsius et contemptum. Sicut patet Job. viij. dominus dixit iudeis ipsum blasphemantibus. ego honorifico patrem meum. et vos inhonorastis me. Idcirco isti angeli digne gaudent de conversione peccatoris ad deum. Sicut gaudius est beati Paulus. ij. Cor. vij. de conversione Corinthiorum. Multa mihi fiducia est apud vos. scilicet de perfectione boni inchoati. Multa mihi gloriatio pro vobis. id est de operibus vestris bonis. Et infra. Quia si tristavi vos in epistola. scilicet dure recipiendo non me penitet. et si me peniteret scilicet prius videns quod epistola illa et si ad horam. id est transitorie vos tristavit. nunc gaudeo non quod tristati estis. sed quod contristati estis ad penitentiam gloriose. Sicut medicus non gaudet de amaritudine medicine quam infirmo propinavit. sed de sanitate plena persecuta. Secundo gaudet propter dei infinitam bonitatem. Quia si minus bonum eligit pro optimo bono. tunc illud optimum vilipendit. Sic contingit quando creatura pro creatore eligitur et diligit et pervertit se ad delicias corporis et proponit illas deo et gaudijs celi. Ego peccator quod transcursum peccat magis dedecus exhibet deo quam iudei qui aliquantulum ignoranter peccaverunt christum crucifigendo. quia scilicet peccat non ex infirmitate vel ignorantia. sed sepius ex certa malicia. quando autem pervertitur et penitet tunc honorat deum penitendo. quem inhonoravit prius peccando. Ideo de hoc merito gaudent angelici homines. Tercio propter proximi charitatem. quod quicquid fidelis progaudet primo de suo bono. quod secundum apostolum. Omnes unum corpus sumus. singuli autem alter alterius membra. Si gaudet unum membrum progaudet omnia membra. Et si patitur unum membrum compatitur omnia. Sic in corpore mystico quilibet fidelis ex charitate progaudet alteri in bono suo. et compatitur in malo. 1. Cor. xij. Sic fecit apostolus ad Phil. iij. Gaudeo inquit et congratulor omnibus vobis idipsum autem et vos gaudete. et congratulamini mihi. et hoc de bonis in gratia dei acceptis. In malis autem qualiter omnibus compatiebatur apparuit. 1. Cor. xij. Quis infirmatur et ego non infirmor. quis scandalizatur et ego non vroz?

Dominica quarta post trinitatis. Sermo primus.

Non sunt con
digne passionibus huius temporis ad fu